

SYNOPSIS APOSTASIÆ  
MARCI ANTONII  
DE DOMINIS,  
OLIM  
ARCHIEPISCOPI  
SPALATENSIS,  
NVNC APOSTATAE,  
EX IPSIVS MET LIBRO DELINEATA,

Auctore Fideli Annoſo Verimentano

Theologo, alij Ioanne Flido Socius



ANTVERPIÆ

Apud Heredes Martini Nutij  
& Ioannem Meursium.

M. D C. XVII.





## LECTORI SAL.

**N**on ut te cupio ( benigne Lector ) ut quo hæc scripta sunt animo , eodem & ipse legas. Experiri voluimus , num Apostamat , ordine quidem Sacerdotem , dignitate Archiepiscopum , sed natura & conditione ( ne quid grauius dicam ) hominem , humana levitate peccantem , & delirantem , salutaribus monitis reducere possimus ad sanam mentem .

Arguere illum noluimus alienis testimentijs : sed ipsummet in causa sua ( quo nihil aequius ) actorem , & reum ; iudices , Scripturas sacras & antiquos Patres constituiimus . Quorum auctoritati si paruerit , resipiscentem ac redeuntem læti exci-

# MARCI ANTONII DE DOMINIS,

*Olim Archiepiscopi Spalatenfis,  
nunc Apostata.*

**I**bellum tuum, Marce Antonii, quo consilium profectio-  
nis tuæ exponis, nuper ab a-  
mico mihi in manus traditū,  
cupide statim perlegi. Exspectabā enim,  
ut discessioneis tuæ à Catholica, causam  
nouam & illustrem tantus Apostata affer-  
res. Vbi nihil inuenissem præter excusa-  
tiones vulgares, à priscis Hæreticis nullo-  
non sæculo usurpatas, longa consuetudi-  
ne sordidatas atque detritas, mirari satisti  
non potui *consilium tuum*, quī tibi persuad-  
eris, paucis foliolis aridis, maleque con-  
sulis, scelus omnium maximū atque tur-  
pissimum tam facile tegi posse.

Nec solum non affers, quo crimen ex-